

2VTEHIA RONIIV AGRICOLA IVNIORIS

## Habes lector: hoc libello.

**R**UDOLPHI AGRICOLAE IVNIORIS RHETI, AD IO-  
achimum Vadianum Heluetiū Poetā Laureatū, Episto-  
lam, qua de loco & non nullorum obscuritate quæstio fit  
& percontatio.

**C**loachimi Vadiani Heluetii Poet. Lau. ad eundē Epistolā,  
qua eoz quæ priori epistola quæsita sunt, ratio explicat.

## Ea vero sunt.

**C** Quid Pli. cap. 2. libri septimi: per Dodrantem intelligat,  
ubi de Pygmæis scribit: & ibidem de Pygmæis pulchra.

**C** Quid idem per Vnciam: cap. 16. intelligat, cum Gabbarē  
scribit longitudinem habuisse nouem pedum & toti-  
dem Vnciarum.

**C** De Antipodib⁹ q̄ sint: & quomō sint, pulchra disputatio

**C** Quæ causa Augustinum ad negandum Antipodas esse  
impulerit: & an recte negauerit.

**C** An Lactantio in Antipodū refutatione danda sit fides?  
& inibi quam temere aliquando idem Autor, de rebus  
non satis sibi compertis disseruerit.

**C** Macrobiū & priscos fere, in Antipodū situ lapsos fuisse.

**C** De lacu Acronio & Veneto, quos Rhen⁹ fundit pulchra:  
& quod apud Melam libro tertio, nō Acromus sed Acro-  
nius legendum sit.

## PRAETEREA.

**C** Locus Lucani ex libro sexto de Dorio.

**C** Locus Virgilii ex primo georgico de uertice Austrino.

**C** Locus Ciceronis, ex libro Somnii, de Antipodibus: et  
pleraq; alia, lectu scituq; admodum digna.

## CONRADVS SCIPIO LECTORI.

Lector in his si displicuere inuenta, repente

Dispereani: dubitas: pellege, certus eris.

ex Stellæ natura ductò, nam & tardissimi motus est, & naturæ frigide, uitæq; humanæ in columitati maxime noxius: qua ex re extimū inter uagas stellas in cœlo locum habere eum, ita artifice cœlorum prouidente, uerisimile est. Rifi autem in eandem sententiā hii uersus sunt.

Nomine Saturni late iacet æquoris unda,

Hic densata sali stant marmora, pigraq; Ponti

Se natura tenet. &c.

Quia igitur lacus noster, undiq; uinetis arbustisq; septus, & uerno fere semper uultu conspicuus, adeo raro glacie summis etiam Brumæ frigoribus ingruétibus contegit, ut rigescere eum portenti loco accolæ habeant, Acroniū.i.sine frigore, & Brumali molestia, dictū putarim, imo constanter afferuerim: a particula priuatiua existente, sicut Atheon, dixere Prisci Diagorā, q; an dii essent (teste Cicer.) dubitarit.

+ VENETVM uero alterum a colore marino qui & cœruleus est, nominatū esse satis constat, Et licet utriusq; uocabuli ratio, utriq; lacui congruat. Malo tamen intelligi a Pomponio, superiorē lacum, Acronion, Inferiorē autem Venetū Acronio proximū, quē & Cellæ lacum uocari dixim⁹ Quāq; Pomp. Venetum dicat & Acroniū, quasi Venetus introeuti Rheno uicinior sit, nihil tamen ex hac locata uoculaꝝ serie probari potest, natura ipsa præsentim hoc quod uolui discri men faciente. In Acronio, erégione Constantiæ paulo ad Septemtrionem Insula est, cum Cœnobio uetusto & opulentio S. Marci ord. Diui Benedicti quo Corpus diui Marci esse & seruari historica fide perhibent. Memoria teneo Ioannem Stabium Mathematicū uitum doctissimum & historiarum ueterum atq; recentiorum ad unguē eruditū, cum de hoc cœnobio inter nos facta esset mentio, retulisse mihi uerisimile esse, Venetos qui se Marcum habere putant, nominis conformitate seductos: q; apud nos ad Venetū lacū eius corpus sit: cumq; legerint in Veneto Marci corpus esse, in suo putarint. Quanq; in illa contentione reliquiarū plus laudis esse q; periculi constet, De his lacubus in Sylva nostra secunda, iuxta finem sic orsi sumus.

Acronii mihi Musa lacus, Venetiq; modestas

Donabis laudes, Patrios nam blandus uterq;

Circitu quanq; spacio, amplectitur agros:

Summoque hic longo cedentia littora fluctu

+ Erat Vadianus dum putas lacū venetum à colore dici; cum dicatur comuni lacū nomine, qui Germanis Ver, Wen dichi fuerūt obīn. ~~pro~~ circa hunc habentes vocabulat Veres, quod Venetes fecerunt.

Sutor  
Ego argoniu  
vel areoniu  
suspicio scriptu  
& quidem ab  
oppido Argos  
ad marynen,  
cuis sito: quid  
n. obstat, quo  
minus ab hoc  
loco perinde  
poluerit de  
noian, atq;  
à Brigantia,  
Constantia &  
Bodmen?

Vnda patens, geminæ geminum cui nomen, utriq<sup>ue</sup>  
Phama ingens, & priscus honos, nāq<sup>ue</sup> inclita passim  
Oppida consurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,  
Quarum una est memori Constantia nomine, cuius  
Mœnia præteriens, deducta cominus unda  
Rhenus iter gelidam curuat celeratq<sup>ue</sup> sub arcton.  
Qui postq<sup>ue</sup> elapsus Rhœteis alpibus, ortu,  
Vitiferam transit sinuato flumine uallem,  
Albentesq<sup>ue</sup> undis campos: immersitur altis  
Fluctibus, & longum propriis sibi uendicat undis  
Non diuulsus iter: Tandem superante fathiscit  
Agmine ab Eoa uenientis parte procellæ:  
Qua lacus immenso tractu diffunditur, amnes  
Vndiq<sup>ue</sup> collapsos rapiens. Quem docta uetus tas  
Acronium dixit, rigido q<sup>ue</sup> ab aere nullam  
Accipiat glaciem, Scythico nec frigore pressus,  
Vernanti Brumæ mitescat tempore fluctu.  
Cœruleo Veneti nomen duxere colore,  
Nanq<sup>ue</sup> ubi Parrhasio Boreas propellit ab axe  
Sudificus, nubes: splendensq<sup>ue</sup> intermicat æther,  
Aemula cœlesti ductim iacet unda colori,  
Et tremulis uarium depingit motibus æquor,  
Hic, ubi contractis iterum se includere ripis  
Incipit, & salicum rursus proserpere in umbra  
Rhenus Nympharum pater inclitus, & decus oræ  
Arctoæ.&c.  
Reliqua leges cum edentur: Omnino mecum faciunt, qui  
hunc lacum Brigantinū a Solino nominatū defendunt, cū  
ille cap. tricesimo secundo, ubi de Gallia, inq<sup>t</sup> in hæc uerba.  
Si Thracia sit petéda, excipit ager Rheticus opim<sup>9</sup> & ferax  
Brigantino lacu nobilis.&c. Strabo enim ultra Rhenū in  
meridiem ab eius fontib<sup>9</sup>, & in ortum Rhetos esse li. quarto  
scribit, post quos trās Licum intra Istrū & Alpes Vindeli  
ci, & quos ibidem Solinus nominat Norici, usq<sup>ue</sup> ad Panno  
nas in ortum excurrunt. Brigantinum aut a Briganto dictū  
oppido perq<sup>ue</sup> uetusto indubium est, quod ab Acronii capi  
te situm, frequenti hodie hominū habitatione est percele  
bre, Et quoniā ultra Rhodanum in ortū solis Heluetii ad  
usq<sup>ue</sup> Rhenum circum circa excurrunt, quod Florus quoq<sup>ue</sup> li  
teratio indicat, quicquid ultra Rhenum & Acronium est, ad